



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Hedvvigis Dvcissae Poloniae, beatæ Elizabeth materteræ: Ex ea quæ est apud V. P. Laurent. Surium. a Migrault è corpore anno Christi 1243. Relata inter sanctos anno 1267. sequenti verò sacræ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

VITA S. HEDVVIGIS DVCIS SAE

Polonia, beata Elizabeth matertera: Ex ea
 qua est apud V. P. Laurent. Surium. a Migra-
 uit è corpore anno Christi 1243. Relata inter
 sanctos anno 1267. sequenti verò sacra eius Rom.
 reliquia eleuata.

*a Teste C.
 Baron. in
 Notat. ad
 Martyr.*

HEDVVIGIS illustri in terris stirpe
 orta, filia fuit magnifici Principis Bar-
 tholdi, Marchionis Morauia, Comitiss
 Tyrolensis: Matrem habuit Agnetem non mi-
 nori generis dignitate illustrem. Fratres illi
 fuere quatuor; sorores tres; quarum vna Phi-
 lippo Regi Franciae nupsit, altera Andreae Re-
 gi Hungariae, cui peperit laudatissimam il-
 lam, & nunc in caelis gloriosam Elizabeth,
 Turingiae Lantgrauiam, cuius sanctissimum
 corpus Marpurgi quiescit. Tertia soror Abba-
 tissa fuit virginum Ordinis S. Benedicti, in
 Lutzingenfi Franconiae monasterio. Vnus fra-
 trum eius Bertoldus, Aquileiensis patriarcha
 fuit; alter Elebertus Babenbergensis Episcopus;
 reliqui duo Ottho & Henricus militiae dediti,
 patri in principatu successerunt.

*15. Octob.
 Genuus eius
 & parentes.*

*S. Elizabeth.
 vita habetur
 19. Nouemb.*

Heduuigis verò optimis naturae adiuven-
 tis instructa, à teneris penè vnguiculis in mo-
 nasterio* Lutzingensi, sacris literis admota fuit;
 quarum studio & tempus suae iuuentutis expē-
 dit vtiliter, atque ex earum intelligentia, post-
 modum internarum consolationum & deu-
 tionis gratiam hausit excellenter. Cùm autem
 annos nata duodecim haud vulgare de se pie-
 tatis & prudentiae specimen præberet; præcla-
 ro Principi Henrico Duci Silesiae & Poloniae
 collo-

*Imbuitur li-
 teris in mo-
 nasterio.*

*Nubit Hen-
rico Princi-
pi, ac Duci
Silesie ac
Poloniae.
Tob 4.*

collocata est: quem illa instar Sarę ex voluntate maximè parentum consensit suscipere. Cõ-
iugali verò vinculo alligata, ita liberis pro-
creãdis operam dedit, vt tamen continetiã le-
gem, quantum quidem ex mariti consensu li-
ceret, sibi indiceret. Nam simulac se concepisse
sentiret, à viri toro vsque ad puerperij com-
pletionem sese reuerenter abstinuit. Peperit
autem tres filios, Boleslaum Conradum, &

Proles eiu.

Henricum: totidemque filias, Agnetem, So-
phiam, & Gertrudem: quibus in lucem editis,
deinceps perpetuã se continetiã dedit. Vno
enim animo pari que consensu, cum Episcopi
benedictione, perpetuã continetiã votũ non
multo post emiserunt in quo triginta circiter
annos toro separati vitam duxere, castitatis
pulchritudine mirificè decoratam.

*Vouent con-
sinentiam.*

Cãterum quia nouerat, in carne præter car-
nem viuere, nõ minoris esse laboris quam me-
riti; ad complectendam conseruãdamque car-
nis integritatem & castitatem, quoscunq; po-
terat, inuitabac eiusque rei causa Trebnicienſe
condidit monasterium: in quo multas foemi-
nas pariter & virgines collegit; quã Domino
in cordis & corporis puritate iugiter seruiret
inter quas suam quoque obtulit filiam Gertru-
dem: quã illic postea cãteris præfecta, Abba-
tissã munus cum magna opinione sanctitatis
administrauit. Quin & ipsa quoque, Christi a-
more acriter inflammata, eò se cum parua cõ-
tulit familia; ibidemque propè monasterium
virginum (quod est Cistertiensis Ordinis) pu-
ram Domino obtulit seruitutẽ, marito adhuc
viuente; eo que religiosa animi pietate, simili-
ter

*Construit
monasteriũ
Trebnicie.*

*Vita S. Ger-
trudis habet-
ur 17. Mari.
Viuic iuxta
monasteriũ.*

ter propè monacho effecto. Et licet institutum monasticum ibi professus non sit, videlicet ut misericordiae operibus & consolandis pauperibus. liberius vacare posset, habitum tamen monacharum illarum induit, ac cum in monasterio existeret, in seruando silentio, alijsque monasterij institutis & legibus & vitæ asperitate monachas omnes antecellebat. Sicque conscientie puritate, bonorumque operum fructu, ita coram Deo & hominibus vtriusque status vas omni sanctitate plenum apparuit, ut nemo id facile pro dignitate explicare queat. Si quis quidpiam molestiarum ei intulisset, nihil ab ea audiebat aliud, nisi hoc duntaxat, aut quippiam eiusmodi placide & leuiter ab ea prolatus: Certè, & cur hoc fecisti? Ignoscat tibi Deus. Ab esu carniū annis plus minus quadraginta omnino abstinuit. Dominica die, tertia & quinta feria, piscibus & lactarijs vescabatur; Sabbatho & secunda feria aridis contenta leguminibus. Quarto & sexto die panem solum aquamque gustabat; vino quouis tempore vti nescia. Dominicis verò diebus & quibusdam magnis solènitatibus cogente Episcopo & confessorijs eius, bis piscibus & lacticijs utebatur, bibebatque cereuisiã. Porro alias in aduentu Domini, Quadragesima & sanctorum vigilijs duras eius abstinentias breuitatis studio præterimus.

Ceterum corpusculum suum ieiunijs attrituatum, & flagellorum ictibus liuidum hispidumque, aspero domabat cilicio, è setis equorum confecto, cui adiuncta erat similis generis zona nodosa, ad lumbos eius, rigide nimis adstri-

Vacat misericordiae operibus.

Dixit enim ei, si quis eam forte offendisset. Abstinentia eius.

Vestitur cilicio.

Lectus eim. adstricta. Lectus ei, ut decebat Principem foeminam, quidem præparabatur; at illa non in eo, sed tabulis ligneis, aut pavimeto corio instrato incubabat: idque non nisi somno; post diurnas preces & vigiliis, eam opprimente. Quod si debili & infirmo, nimiumque fatigato corpori interdum plusculum indulgere vellet, in straminibus panno crasso opertis sese collocabat, culcitram molliorem, quantumlibet etiam ægrota, semper repudians. Et quidem quia paucis explicari nõ potest quo pacto hæc Christi famula carnem suam continenter crucifixerit cum vitijs & concupiscentijs, sufficiat eximium hoc Domine Annæ nurûs eius, de vitæ ipsius asperitate testimonium. Vitas (aiebat) multorum sanctorum cognitās habeo: sed nunquam quicquam in illis tam durū & asperum didici, quod non in Hedduige aut maius, aut consimile perspexerim.

En sufficiens testimonium rigidæ eius vitæ.

Deuotio sub diuinis.

Effuses eim.

Reuerentia eim erga sacerdotes.

Porro cum in templis rebus interesset diuinis, ad eò sese à cognitis ad incognita, de terrenis ad cælestia, deq; visibilibus ad inuisibilia, lachrymarū imbre abudè perfusa trāsferēbat, ut interdum insensibilis appareret: vnde & diuini splendoris radios tanta quandoque intus copia percipiebat, ut nonnunquā corpus eius clara luce circumfusum e terra in aëra sublarū cerneretur. Sciens autem illa presbyteros siue sacerdotes tantæ esse dignitatis, ut dominū cæli & terræ tractent in sacramento altaris, atq; ea conferāt quotidie sacramēta quib. diuina assistente virtute fidelis sanctificatur & expiatur anima: sacerdotes & omnes qui in Clero sunt, tum seculares tum religiosos multa reuerētia profē-

prolequebatur, ac eximio honore afficiebat. *Summa cum deuotione accedit ad Sacramentū Altaris.*
 Ad Sacramentum Dominici corporis percipiendum accessura tam largiter flebat, tanto precandi, genua flectēdi, corporisq̄ue proster- nendi studio occupabatur, vt intuentes non ad deuotionem modò, sed etiam ad lachrymas efficaciter permoueret.

Habebat autem permultas sanctorū imagi- *Veneratur Sanctorū imagines & reliquias.*
 nes & reliquias, quarū aspectu seipsā ad Christi amorē & venerationem Sanctorum excita- bat: inter quas sanctissimæ Dei genitricis ima- gunculā quandam præcipuo honore prosequē- batur, eamq̄ crebro suis, itura ad ecclesiā ge- stabat manibus; qua cū lāgudis interdū bene- *Claret miraculis.*
 diceret, illicò, non sine miraculo, sanitatē con- sequebatur. Intra ei erat egregia animi clemē- tia; quā cum Christi pietas plurimum augetet: tum matrem se omniū pauperum, & præcipuē viduarū atque orphanorū eximiam exhibebat *Benignitas eius in pau- peres & aff- lictos admirabilis.*
 consolatricē; & aduocatā apud Ducem sanè fi- delissimā. Nō paucas quoq̄ puellas parentib. & amicis orbatas, singulari apud se humanitate fouebat, singularūq̄; saluti diligēter prouidēs, alias matrimonio, alias, prout expedire vide- batur, monasterijs tradebat. Habebat prætereā in aula sua tredecim, afflicta valetudine pau- peres; quos in Christi & Apostolorū eius hono- rē, incredibili charitate tractabat: itā vt discū- bencibus nō tantū cōmuni officio ministraret, sed flexis genibus singulis apponeret, verbisq̄; dulcissimis consolationem præberet. Pro promiscua verò pauperum turba, singula- rem culinam & ministros quoque singulares

depu-

deputatos habebat: qui egentibus victui necessaria sedulo ministrabant.

Claruit spiritui prophetic.

Porrò de miraculis, magnis planè & admirandis, & prophetiæ spiritu, quibus in vita & post obitum fuit clarissima, operis vastitas singularim nos scribere prohibet. Illud commemorasse sufficiat, quòd imminente mortis hora, cælestium civium visitatione ad patriam claritatis æternæ inuitata fuit. Nam in agone constitutæ, SS. Magdalena, Catherina, Tecla, Vrsula aliæque nonnullæ multa luce conspicuæ ei apparuerunt: quarum comitatu, sanctissima eius anima mortalitatis vinculis soluta, ad Christum migravit.

Obitus eius felicissimus.

Vide Tom. 19 Annal. C. Baron.

VITA S. OSVVALDI VVIGO R. mensis & Eboracensis Episcopi: ex ea quam Senatus Brauonius, VVigornia monachus conscripsit. Quo tempore claruerit & obierit patet infra.

15. Octob. natalis in pueritia. Patria eius.

B Oswaldus clarissimo Anglorum stemmate prognatus, forma corporis eleganti, cum adhuc in puerilibus versaretur annis, vanas deuitans ineptias, sanctitatis opera atque studia sedulo sectabatur. Porrò à parentibus suis, literis imbuendus commèdatus est patruo suo Odoni Archiepiscopo Cantuariensi; viro sanè prudentia, discretionè & iustitia insigni: nec non bonis exemplis optimisq; moribus conformandus eidem traditus. Cumque tum prophanis, cum diuinis literis apprime eruditus esset, VVintoniensis Canonicus effectus est. Vbi sanè ob oculos posito vitæ & ordinis

Patrum eius, quis.

Fit Canonicus VVintoniensis.